

## DOMINICA TERTIA

ignē purgabit, ut purgata in melius cōsistant. Vñ & p  
 Psalm. 101 Psalmistā dī: Et uelut amictū mutabis eos, et mutabū  
 3. Petri. 3. tur. Hinc per Petrū apostolū dī: Cæli aut̄ qui nūc sunt  
 & terra eodē uerbo reposita, igni reseruata sunt in die  
 iudicij. Et iterū: Dies dñi sicut fur, ita in nocte veniet, in  
 3. Isaiae. 65. q̄ celi magno impetu trāsibür, clemēta vero calore sol  
 uent. Hinc & per Isaiam dñs dicit: Ecce ego creo cælū  
 nouum & terram nouam, nō vt condenda sint, sed vt  
 in melius immuranda. Sic & per Iohānem in Apocalyp  
 sis dicitur: Ecce noua facio omnia.

Apoc. 11.

## DOMINICA III.

Aduentus. Matthæi XI.

**T**In illo tēpore: Cum audisset Iohannes in  
 uinculis opera Christi, mittēs duos de disci  
 pulis suis, ait illi: Tu es q̄ uenturus es. Et rel.

Matth. 3,



**I**n exordio huius lectio  
 nis inquirendū est, q̄ re  
 Iohānes Bap. pphera,  
 & plusquam pphera, q̄ sal  
 uatorē alijs digito ostēde  
 rat, dicens, Ecce agnus dei,  
 ecce q̄ tollit pētā mūdi. Et  
 quē uenientē ad baptismū  
 expauerat, dicens: Ecce à te  
 debeo baprizari, & tu ue  
 nis ad me! Nunc in carcere  
 positus, quasi quis sit igno  
 rans, discipulos ad interrogandū misit, dicens: **Z**u es  
 qui vēturus es, an aliū erpectamus? Nunquid  
 ergo ignorabat cū, quē alijs demōstrauerat, et sup quē  
 lpm sanctū in colubæ specie descendente & manente

uiderat, uocemq[ue] patris intonantem audierat: **Hic est**  
filius meus dilectus in quo mihi cōplacuit. **E**t de quo  
multa testimonia ghibuerat, dicens: **Q**ui de terra est,  
de terra loquitur: qui de cālo uenit, super oēs est: **N**ō,  
sed hāc interrogatio Iohannis, illius discipulis potius  
quam illi necessaria erat. **V**t quid ergo interrogauit:  
**T**u es qui uenturus es, an aliū expectamus? **A**d qd  
respondendum, quia in hac interrogatione (ut dixi-  
mus) non sibi, sed discipulis suis consuluit, id non pro-  
pter suam ignorantia, sed, ppter incredulitatē interro-  
gauit discipulorū. **Q**od autē discipuli Iohannis erga  
dñm, quem adhuc uerum deum non cognoscabant,  
aliquid mordacitatis uel liuoris haberent, superior textus  
euangelij ostendit. In illo die accesserunt discipuli lo-  
hannis ad Iesum, dicentes: **Quare nos & pharisei ieui** Matth. 9.  
namus frequenter, discipuli autē tui non ieunant? **E**t  
iterū: Accesserunt discipuli Iohānis ad eum, scilicet ad  
Iohānem, dicentes: **M**agister, cui testimoniū perhibu- Joha.  
isti, ecce baptizat, & om̄is turba post eum uadit. **A**cū  
dixissent: **N**os relinquimur, & illū om̄is turba sequi.  
Positus ergo Iohannes in carcere, sciens se, p ueritatis  
testimonio moriturū, discipulos quos ad credendum  
Christo præparauerat, in hoc errore relinquere nolu-  
it, & ideo sub obtentu interrogationis, eos ad interro-  
gandum misit, ut dū ad interrogandum eū pergerent,  
uidentes signa & miracula, quæ faciebat, uerū deum  
esse illū cognoscerent, ac crederent, & sic ab ipso erro-  
re liberarentur. **E**st & alia rationabilis causa, pro qua  
Iohānes ad interrogandū Christum discipulos misit.  
**N**ouerat em̄ pro redēptione hominē Christum natū  
de uirgine in mundum uenisse, utrum autem moriens  
per se ipsum eos qui in inferno iniuste tenebantur, li-  
beratus esset, adhuc ignorabat: & ideo non dixit: tu

# DOMINICA TERTIA

es qui uenisti, sed tu es qui uenturus es. **A**c si diceret:  
**E**go in carcere clausus ab Herode capite truncandus,  
 ad inferna descensurus sum: **M**anda mihi utrum de-  
 beam aduentum tuum annunciarē inferis, qui nunci-  
 auī superis, an non cōueniat filio dei, ut gustet mortē,  
 & ad hoc sacramentum peragendum, id est, ad libe-  
 randas animas, alium q̄ te mislurus es. **E**t respon-  
 dēns Iesus, ait illis: **E**untes renunciate Jo-  
 hanni quæ audistis & vidistis. **C**æci uident,  
 claudi ambulant leprosimundantur surdiau-  
 diunt, mortui relurgunt, pauperes euangelizantur.]  
**R**esponsio ista domini ad superiorē sensum pertinet,  
 qui non ad interrogationē Iohannis respondit, sed ad  
 cogitationes interrogatiū. De morte nanḡ sua re-  
 quisitus, miraculoꝝ uirtutes enumerauit, ut uidentiū  
 animos ad suam credulitatē prouocaret. **A**c si diceret:  
**C**onferte opera quæ in me uidetis, cum ppheterū ora  
 culis, quæ legistis, ut & me illum esse cognoscatis, de  
 quo olim ppheta gaudēs dicebat: **D**ñs ipse uenier, &  
 saluabit nos. [ **C**æci uident] ut impleatur illud pphete-  
 ticum: **T**unc aperientur oculi eorū [ **C**laudi ambulat] ut  
 impleatur illud: **T**unc saliet sicut ceruus, claudus.  
 [ **L**eprōsi mundantur] quia sicut per prophetam dici-  
 tur: Ipse iniuriantes nostras tulit, & lāguores nostros  
 ipse portauit, cuius liuore sanati sumus. [ **S**urdi audi-  
 unt, ] ut impleatur: **E**t aures surdoꝝ patebunt. [ **M**or-  
 tui resurgunt, ] ut impleatur illud: **V**iuent mortui tui,  
 interfecti mei resurgent. [ **P**auperes euāgelizantur, ] ut  
 illorum ministerium impleatur, de quibus dicitur:  
**D**ominus dabit uerbum euangelizantibus uirtutem  
 multam. Spiritualiter aut̄ Iohannes uinctus in carcere,  
 legem significat uinctā in cordibus **I**udeorū, quæ dum  
 nō spiritualiter, sed carnaliter intelligebatur, quasi uincit

3Iaie.35.

3Iaig.53.

3Iaie.35.

3Iaig.26.

culata & ligata iacebat. [ Misit ergo Iohannes duos discipulos ad Christum, ut interrogaret eum: ] Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? ] Misit & lex scribas & phariseos, qui saluatorem interrogarent: Si tu es CHRISTVS, dic nobis palam. Et iterum: Dic nobis in qua potestate haec facis. Quibus congrue à domino responderetur: Euntes renunciate Iohanni quæ audistis & uidistis: [ Cæci uident, & reliqua ] Per has enim infirmitates corporum, debilitas animarum significata est. Infirmorum uero curationes enumeravit: quia non uenit uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Ait enim: [ Cæci uidet. ] Ac si dicat alijs uerbis: Iam tempus gratiæ meæ apparuit, quo uerum lumen resplendens in mundo, eorum oculos qui in tenebris & in umbra mortis sedebant illuminet, & purgato mentis oculo, illum aspicere incipient, qui ait in euangelio: Ego sum lux mundi, ut impleatur in eis, Beati mundo corde, qm̄ ipsi deum uidebūt. [ Claudi ambulat. ] Johan. 9.  
Matth. 5.

Hoc est: illi qui in via dei claudicabant, nunc utriusq; testameti instructi lectione, & dilectione dei & proximi confirmati, et gressum mentis firmum habentes, uiiam mandatorum dei currunt, & de terrenis ad cælestem patriæ peruenire festinant, ut impleatur in eis: Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terrā. [ Leprosi mundantur ] id est, illi qui uarijs peccatorum facinoribus immundi & foedati erant, nunc per baptismum & poenitentiam se purificari desiderant, & non solum de præteritis peccatis lugent, sed etiam pro uitæ æternæ desiderio suspirant, & in prosperis humilitatem, & in aduersis patientiam seruat, ut impleatur in eis: Beati pacifici, qm̄ filii dei uocabuntur. & ut mundationem animæ recipere possint, in tantam perfectionem ex crescunt, ut non solù mala non irrogent, sed etiam ab

Matth. 5.

alijs irrogata æquanimiter ferant, ut impleatur in eis;  
**B**eati qui persecucionem patiuntur propter iustitiam,  
 [ **S**urdi audiunt. ] quia illi qui prius aures clausas ha-  
 bebant ad audiendum uerbum dei, & apertas ad audi-  
 da ludibria: nunc è contrario obturat aures suas ne au-  
 diant sanguinem, & uerbum dei ardenti animo audi-  
 re desiderat, & ut opere implere possint, esuriunt atq[ue]  
 sitiunt, ut impleatur in eis: **B**eati qui esuriunt & sitiunt  
 iustitiae, quoniam ipsi saturabuntur. [ **M**ortui resurgunt ]  
 id est, illi qui quasi insensibiles in peccatis mortui iace-  
 bant, è contrario membra sua mortificantes, spiritali-  
 ter uiuere incipiunt, & misericordiam quam in se ex-  
 peri sunt, alijs etiam in quantum prævalent impen-  
 dunt, cupientes implere illud scriptura: **M**iserere ani-  
 mæ tuæ placens deo, ut impleatur in eis: **B**eati miseri-  
 cordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.  
 [ **P**auperes euangelizantur. ] id est, illi qui uirtutibus  
 tenues erant & pauperes & uitijs repleti: nunc è con-  
 trario ut in cælo thesaurizari possint, temporales diui-  
 tias cōtemnunt, & per cōmunionem charitatis, & spi-  
 ritu sancti gratiam, bonum quod didicerunt, alijs an-  
 nunciare non cessant, ut impleatur in eis: **B**eati pedes  
 euangelizantium pacem, euangelizantium bona: & qui  
 ante uirtutibus pauperes erant & uacui, nunc incipi-  
 ant esse pauperes spiritu, ut in eis impleatur quod do-  
 minus ait in euāgelio: **B**eati pauperes spiritu, quoniam  
 ipsorum est regnum cælorum. **E**t beatus est qui  
non fuerit scandalizatus in me. Cōclusio ista do-  
 mini ad interrogationem Iohannis pertinet. De mor-  
 te enim suarēquisitus, primo signorum uritutes enu-  
 meravit, & postea ad hoc quod inquisitus fuerat re-  
 spondit, dicens: [ **B**eatus qui non fuerit scandalizatus  
 in me, ] id ē, in morte mea. **A**c si diceret: mira quidem

& magna sunt qua<sup>e</sup> facio, q<sup>a</sup> cæcis uisum, surdis audi-  
tum, claudis gressum, mortuis uitâ restituo. Sed tñ cū  
hæc omnia faciam, ad ultimum morteg humani gene-  
ris redempcione sustinere nō dedigitor. Et neceſſe est  
hominibus, ut quod in me signa ueneratur, ad suum scan-  
dalum mortem in me non despiciant. Plures em̄fue-  
runt, qui cum prius dñi uirtutes mirarentur, morteg tur-  
pissimam crucis in eo despexerunt. Visis autem tot signis  
tantisque uirtutibus miraculorū, non scandalizari quod quod  
potuit, sed admirari. Sed mens infideliū graue contra  
eum sumptis scandalum, quod post enumeratis miracu-  
lorum signis, eū cōprehendi, ligari, flagellari, & in se-  
pulcro collocari conspexit. Scandalizabātur quoque,  
quando eum quem mortuos suscitantem aspexerat,  
mortuū uidebait. De quibus ait Apostotolus: Nos au-  
tem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scan-  
dalum quidem, gentibus autem stultitiam. **Illi** au-  
tem abeuntibus, concepit Jesus dicere ad tur-  
bas de Iohāne: Quid eristis in desertū vide-  
re arundinem vento agitatam? Ac si diceret: Ne  
circumstantes turba purarē interrogationē Iohāni,  
uel de intuidia, uel de ignorantia natam, discipulis illi-  
us recedētibus, miris & magnis laudibus domins Iohā-  
nē exrollit, dicens de illo ad turbas: [ quod existis in de-  
sertum uideret arundinem uento agitatā? ] Ac si dice-  
ret: Nonquid ad hoc uenisti in desertū, ut uideretis ho-  
minem calamo simile, qui leuitate meritis de me dubi-  
ter, quod antea paululum uobis prædicauit? Quod non  
affirmando, sed negando, propriulit. Arundo quippe can-  
na est ab ariditate sic dicta, quod tres differētias in se na-  
turaliter habere domins citur. Primam, quia in hume-  
ritis & aquosis locis nascitur: Secundam, quia exteri-  
us pulchra, & interius uacua est: Tertiam, quia qua-

i. Cor. i.

cunq; aura tacta fuerit, in aliam partem flexibilis uer-  
titur, significat carnalium mentes, qui dum petulantē  
am libidinis diligunt, quasi in aquosis & humectis lo-  
cis nascuntur. Vnde propheta: Computruerunt iūmē-  
ta in stercore suo. Et iterum: Comparati sunt iūmen-  
tis insipiētibus, & similes facti sunt illis. Cumq; per hy-  
pocrism dissimulant se sanctos, quod non sunt, quasi  
arūdo exterius nitidi apparēt, sed interius uacui sunt.

Tales erant scribæ & pharisæi, quos dominus fortiter  
**Matth. 23** increpabat, dicens: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocri-  
tae, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris pa-  
rent hominibus speciosa, intus autem plena sunt offi-  
bus mortuorum atque omni spurcitia. Ita uos à foris  
quidem pareatis hominibus iusti, intus autē pleni estis  
hypocriti & iniquitate. Et quia deum in corde habi-  
tatem non habent, immūcis spiritibus aditum præ-  
bent. Sicut de diabolo ad beatum Iob dominus ait:

**Job. 40,** Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humeri-  
tibus. Cum uero humanis laudibus eleuantur, & de-  
tractionibus deiçuntur, quasi more arundinis uēto  
tacti, in aliam partem flectuntur. Si em̄ carnalis mens  
fauorem laudis transitorię audierit, delectatur, hilare  
scit & gaudet. At uero si ab eodem ore processerit uē-  
tus detractionis, ex quo fauor laudis humanæ exire  
consueuerat, statim ad iracundiam prouocatur. Sed  
non talis erat Iohannes, quippe qui ex castis parenti-  
bus & longæuis natus, uirginitatis amator pariter ex-  
titit & custos. Sed nec exterius pulcher & interius ina-  
nis erat, quia sanctitatem quam ostendebat exterius,  
multo magis seruabat interius. Neque more arun-  
dinis uentus detractionis uel laudis hunc eleuare uel  
deiçere poterat, sed inter aduersa & prospera immo-  
bilis permanebat, seruans in prosperis humilitatem.

**Joel. 1.  
Psal. 48**

in flexibili net  
i dum pernici  
& numeris  
utrumque am  
ari fisi iusto  
is. Cumq[ue] p  
i non fuit ag  
erius uox uox  
omimus forse  
harfieri hygros  
s. que a forno  
plena sum ab  
1. Ica uox illo  
autem plenaria  
in confiteatis  
pus adiuuam  
us dominum ac  
in locis huius  
leuantur. Et  
arundinis se  
carnalium  
electantibus  
proceris  
humane con  
routacur. Et  
ex cattifis pati  
ator panier  
debet carre  
qui more am  
unc eleuant  
ropera immo  
humiliter.

## ADVENTVS.

51

**R**uin aduersis patientiam. De cuius laude adhuc recte subditur. **S**ed quid existis videre hominem omnibus uestitum? Et hoc dominus negando, non astur mando intulit. Mollibus enim Iohannes uestitus non erat, quia de camelorum pilis, ex quibus asperum cilium texitur, indumentum habebat. Qui ergo putat in cultu vel superfluitate preciosarum uestium peccatum non esse, discant ex exemplo Iohannis appetitus suum compescere. Si enim uirtus non esset uilibus indui uestibus, nequaquam dominus Iohannes de uestitus sui asperitate laudasset. Et si peccatum non esset preciosa & superflua induere uestimenta, nequaquam de pena purpuri divitis locuturus praemitteret, quia induebatur purpura & bysso. Sed neque beatus Paulus Apostolus ab appetitu preciosarum uestium mulieres cōpesceret, dicens: Non in ueste preciosa, non in tortis crinibus auro & margaritis. Vbi considerandum est, quam uere cum dum sit, hoc uiris appetere, a quo magister ecclesie studuit feminas cohibere. Vnicuique enim nostrum sua conscientia testis est, quia preciosa uestis, nisi propter inanem gloriam non queritur. quod si in occulto sit ubi a nemine uideatur, non ei cura est qualibus induatur uestibus. At uero cum ad publicum processerit, preciosa uestimenta querit, non ut sanctior, sed ut honorabilior & pulchrior pluribus appareat. His ergo exemplis instructi, tanta ac talia uestimenta queramus, quibus & nuditas operiri, & frigus possit arceri, quia sicut ait Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundum, sed neque aliquid auferre possumus. Habentes autem uictum & uestimentum, his contenti simus. Extra spiritalem uero intelligentiam Iohannes mollibus uestitus non erat, qui peccantium uitia non blandiendo souere, sed increpando nouerat castigare, it-

1. Tim. 24

1. Tim. 6.

## DOMINICA TERTIA

tantum ut ipsum Herodem regem de incestis nuptijs  
**Mat. 6.** argueret, dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris  
tui, illo uiuente. Nam & unusquisque doctor asperis in-  
dutur uestibus in exemplo Iohannis, quando peccan-  
tes duris redarguit increpatiōibus, sicut per Salomo-

**Eccēs. 12.** nem dicitur: Verba sapientium quasi stimuli, & qua-  
si clavi in altum defixi. Et recte uerba sapientium cla-  
uis & stimulis comparantur, quia culpas delinquentium non nouerunt dissimulando palpare, sed ferien-

**Luc. 3.** do pungere, sicut faciebat Iohannes, quando Iudeus dicebat: Genimina uiperarum, quis uobis demonstra-  
uit fugere à uētura ira? At uero ē contra mollibus do-  
ctor induitur uestimentis, quando peccantium uitia non increpando redarguit, sed blandiendo uel tacen-  
do nutrit. Quod qā aliquando timore, aliquādo amo-  
re agitur, recte subiūgitur: **Ecce qui mollibus ve-  
stītur, in domib⁹ regum sunt.** Quod est aper-  
te dicere: Non cælesti, sed terreno regi militant, qui ti-  
more persecutionis uel amore laudis peccantium uitia non redarguant. Et ut temporalia patrimonia acqui-  
rere possint, illis se cōformāt. **Sed quid eritis vi-  
dere prophetam?** **Etiā dico vobis et plusquam**

**prophetam.** Non iohānē dñs prophetam negavit, sed plusquam prophetā eum affirmauit. Prophetæ em̄ officium est, ventura prædicere, non autem ostendere. Iohannes autē & prophetā & plusquam prophetā fuit, qā

eum quē post se uenit uero prædicti, etiā digito demon-  
stravit, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata  
mūdi.

**De quo** Iohanne dñs alibi discipulis dicit: Inter  
**Matth. 11.** natos mulierum maior non surrexit Iohanne Bapti-  
sta, sed quia dñs Iohannem arundinem uento agita-  
tam esse negauerat, quia nō esse mollibus uestitum di-  
xerat, & quia non solum prophetam, sed etiam plus

## ADVENTVS.

¶ prophetā eū ostenderat, qualis esset manifestauit,  
adiungens: **Hic est enim de quo scriptū est: Ec-**  
**ce mitto angelum meum ante faciē tuam, qui**  
**preparabit uiam tuā ante te.** ] Hoc aut̄ testimonium  
in Malachia scriptum est, in persona utiq̄ Iohannis.  
Cū eīm propheta uenturū dñm prædiceret, etiā p̄cur-  
soris eius personam ostēdit, cū dixit: [ **Ecce mitto an-**  
**gelū meū.** ] Altū ergo nomen, sed nō est inferius me-  
ritum. Impleuit quippe in opere, quod accepit in no-  
mine. Quia eīm angelus græca locutione, latine nūci-  
us dicitur, recte nūc angelus uocatur, qui aduentum  
dñi uenerat nunciare, dicens: **Veniet fortior me, post Matth. 3,**  
me, cuius nō sum dignus corrigiā calceamenti solue-  
re. Et, cuius uentilabrum in manu sua, & permunda-  
bit aream suam. Nec solū Iohānes huius participatio-  
nem uocabuli meretur, sed etiā oēs sacerdotes & mi-  
nistri ecclesiæ, qui uerbū dei in ecclesia prædicant, &  
uentur, iudiciū nunciāt, angelici nominis cōsortium  
merebuntur, iuxta illud Malachiæ: **Labia sacerdotis Mathe. 23,**  
custodiūt scientiā, & legē requirūt ex ore eius, q̄a an-  
gelus dñi exercituū est. Et non solum sacerdotes, sed  
etiā fideles laici, si iuxta modulū sciētiæ suę bonum  
quod nouerūt, fratribus annunciauerint, ad angelō-  
rū consortiū pertinebūt. Quia in ornamento taber-  
naculi nō solū phialæ, sed etiā cyathi iussi sunt fieri.  
Qm̄ non solū huberior doctrina deo accepta est, sed  
etiā & minima, iuxta illud q̄d' ait in Apocalypsi Io-  
hānes. Qui audit, dicat ueni. Et Apostolus: Spectacu-  
lū facti sumus mūdo, angelis atq̄ hoībus. Iohānes ue-  
rouiā dñi præparauit, nō lapides tollendo, nec aspe-  
ra coæquādo, sed mentes hoīm prædicando, quando  
annunciauit, dicens: **Penitentiā agite, appropinqua Matth. 5,**

bit enim regnum celorum. Siue uia domini preparauit, quia corpora humana baptizando abluit, sed pectus non dimisit: illum prefigurans, qui non solum in aqua, sed etiam in spiritu sancto erat baptizatus, & pectus hoibus remisurus.

## FERIA QVARTA

quatuor temporum. Lucas .1.

**I**n illo tempore. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitate Galilaeae, cui nomen Nazareth. Et reliqua.



**I**circo angeli priuatis noibus celeri, ut signetur per uocabula, etiam in operatione quod ualeant. Neque enim in illa scita ciuitate, quam uisio dei omnipotens plena scientia percitat, idcirco propria nota fortiuntur, ne eorum psong sine nominibus sciri non possint, sed cum ad nos aliqd ministratur ueniunt, apud nos etiam nota a ministeriis trahunt. **A**d Mariam ergo uirginem Gabriel mittitur, qui dei fortitudo notatur. Illum quippe nunciare ueniebat, qui ad debellandas prates aerreas, **Psal. 23.** humiliis apparere dignatus est. De quo per Psal. dicit: Dominus fortis & potes, dominus potens in pugno. Et rursum: Dominus uirtutum ipse est rex glorie. Per dei ergo fortitudinem nunciadus erat, qui uirtutum dominus et potes in pugno, contra prates aerreas ad bellum ueniebat. **M**ense autem sextu Martii intellige, cuius 20 & 5 die dominus noster & conceptus tradidit & passus, sicut & in 25 die mensis Decem-